

Rectè itaq; fecit Bias ille Atheniensium Judex: qui, quoties in hominem sententiam mortis tulit, lachrymas fudit largissimas, interrogantibus autem, quare hoc faceret; lachrymas cohibere non possum? respondet, motus misericordia: sententiam autem mortis fero, exigente id justitiâ.

2. Adhortatio ut remittamus, propter nos ipsos nostrâq; ipsius utilitatem.

DE III. LOCO.

Circa hunc locum Christi per Prolepsin præoccupatio observanda est. Potuisset enim aliquis objicere: Mihi nemo hominum misericordiæ opera exhibet, quapropter & ego in alios nolo esse misericors. Respondet Christus per similitudinem: *Num quid potest cæcus cæcum, &c. q. d. cæcum non debes sequi.*

I. Argumentum ab inutili: *Ne in foveam cadas.*

V S V S.

1. Joh:5. Rom:14. Mores mundi non sunt imitandi. Vni cuiq; enim pro seipso reddenda erit ratio.

II. Argumentum ab inhonesto: *Non est discipulus supra Magistrum, &c.*

V S V S.

Exemplo CHRISTI non deficiamus
â misc-